De
ac eorum exercitibus dicit dñs ad Job·39· Nunquid pbebis equo
fortitudinē qui procul adorat bellum exhortationē ducū. ꝛ vlulatū
exercitus· Per equum intelligit robustus miles xpi qui glorificat
ꝛ portat deum in corde et corpore suo. Iste procul adorat bellum qꝺ
dyabolus aduersus eum suscitare proponit: preparat enim aīam suaꝫ
ad temptationē ꝛ contra exhortationem mutuā ducum exercitus
dyaboli inuocat in adiutorium auxilium spūssancti· ¶ De
quinto nota videlicet electos ab agno tale beneficiū consequi qꝺ
deducit eos ad vite fontes aquaꝝ: vnde legit Apoc·7· cum Joh
vidisset illam gloriosā turbam agno assistentem dixit ei vnus de
senioribus. Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt ꝛ vnde venerūt
Rñdit iohēs· Dñe mi tu scis. Cui dixit senior. Hi sunt q venerūt
de tribulatione magna ꝛ lauerunt stolas suas et dealbauerūt eas
in sanguine agni ideo sunt ante thronū dei ꝛ agnus qui in medio
throni ē reget eos: ꝛ deducet eos ad vite fontes aquaꝝ. Et nota
qꝺ·5·fontes sunt in regno dei ad quos agnus electos suos deducit
Primus est fons ꝯsolationis ibi enim absterget deus oēm lacrimā
ab oculis sanctoꝝ. Scꝺs est fons qetionis: abstersis nanqꝫ lacri=
mis ammō dicit iam spūs .i. tota trinitas vt requiescāt a laboribus
suis Tercius est fons refectionis: qescentes quippe reficient ꝛ ine=
briabuntur ab vbertate domus dei. Quartus est fons exultationis
electi deniqꝫ post diuinā consolationem ꝛ dulcem requietionem ꝛ
suauissimā refectionem nimirum prorumpent in vocem exultationis
Vox enī exultatiōis ꝛ salutis est in tabernaculis iustoꝝ. Quintus
est fons dilectionis· quō enim eum ardenter non diligent qui eos
consolat ꝛ requiescere facit omni ꝛ reficit bono: de his fontibus ꝺ
Ysa·12·Haurietꝭ aquas in gaudio de fontibus saluatoris· ¶
Econuerso in inferno·5·fontes siue fluuij dicuntur esse de quibus
draco infernalis damnatas animas velint nolint potare cōpellit·
Primus fons siue fluuius stix appellat: de quo misere aīe potātes
odio se habebunt adinuicem. Secundus vocatur flageton de quo
damnati bibentes irascentur ꝛ indignabunt sibimetipsis et aliis
quorum occasione sunt perditi Tercius ꝺ letheus de quo reprobi
potantes amentiā incident ꝛ obliuionē gaudij pteriti et libidinis
transacte. Quartus vocat acheron de quo cum biberint in inferno
positi inestimabilem tristiciaꝫ patient. Quintus appellat cochiton
de quo cum potati fuerint miseri peccatores inconsolabilr lugebūt
ꝛ flebunt. Rogate ergo carissimi dñm vt sic sanctos suos imitem̄
in terris vt ꝯsortes gaudij eorum esse mereamur in celis. Qꝺ nob·

## De cōmemoratione animarum. Ser. xlvii.

¶ Audiui vocē de celo dicentē mihi beati ꝛc. Apoc·14. ¶ Fideliū

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0188
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG